



A. AVSTRIÆ.



*Contulit Alberto nato huius scepra Rudolphus
Terra, cum victus Marte Otocarus erat.
Hunc status Imperij totius comprobat actum,
Nec quemquã in tanto est passus honore parem.*

D. BURGUNDIÆ.




*Paulus ut Aemili⁹, vel Quintus Maximus olim
Aufonios inter praevaluere viros:
Maximus Aemilius nomen sic laudibus aequat,
Sequanicos tractus huic sacer addit Hymen.*

D. STIRIÆ.



*Mouit in Ottocarum Mauortia bella Rudolphus,
Armata quatiens signa timenda manu.
Victor ubi redijt (Proceres haud acta retractant)
Alberto Stiria scepra regenda dedit.*

D. CARINTHIÆ.



*Maximus ingenio, ingenij qui nomine gaudet,
Atq. potens valido Marte Rudolphus erat.
Austriacas cumulauit opes, gentemq. iugauit,
Quam medius rapido perluit amne Drauus.*